



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

Deum angelos custodes nobis præfecisse. cap. vii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

## D. IOAN. DAMASCENI

ta quædam species, aut una eademque forma in illis reperitur. Etenim duræ ac renitentes naturæ corporibus conueniuntur.

**Nili.** Erant crura eorum recta, & lati pedes eorum, aiebat Ezechiel, de angelis verba faciens. Quibus verbis inflexilem sententia constantiam indicat, naturæque illius in intelligentia celeritatem.

**Euagrij.** Angelos honoramus, non ob naturam, sed ob virtutem: ac demas ignominia afficiens, propter vitium quod in illis inest.

**Philonis.** Spiritalis angelorum essentia est. Verum pro re nata subinde se immutantes, formas huminis similes per se esse assumunt.

## DEVM ANGELOS CVSTODES nobis præfecisse. CAPVT VII. G

**Exod. 23.** Cce ego mittâ angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in via, vt introducat te in terram, quam præparauit tibi. Attende tibi ipsi, & audi vocem eius, nec contemnendū putas. Neque enim dimittet, cū peccaueris. Nomen enim meum in illo.

**Deut. 32.** Constituit numerum populorum iuxta numerum angelorum Dei.

**Mat. 16.** Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod angelorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.

**Basilij.** Quoniam Apostolus perspectum habebat angelos tanquam pædagogos quosdam & moderatores hominibus constitutos esse, idcirco testimonij causa eos vocavit.

**Didymi.** Probi ac sancti viri lucidos angelos custodes habent: mali autem tenebrosos.

**Euagrij.** Scientia ac sapientia opes multos nobis angelos adiungunt. At vir impurus ac flagitus, etiam ab eo angelo, qui ipse à puero datus est, disiungitur. Etenim spiritalis amicitia in virtute ac Dei cognitione consistit: quarum opera cum sanctis angelis amicitia & nexu copularunt siquidem homines, quos scelerum pœnitit, latitia ansam angelis subministrant.

## DE HOMINIS CREATIONE atque structura. CAPVT VIII. H

**Gen. 5.** REAVIT Deus hominem. Ad imaginem suam fecit eum: masculum & foeminam fecit eos.

**2.** Formauit Deus hominem de limo terræ. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitae. Et factus est homo in animam viventem. Immisit Dominus soporem in Adam. Cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. K Et ædificauit Dominus costam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Et dixit Adam: Hoc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ipsa vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori sua, & erunt duo in carnem vnam.

**Iob. 10.** Manus tua fecerunt me, & plasmaverunt me. Carne & pellibus vestisti me, osibus & neruis compagisti me. Memento quia sicut lutum fixasti me: & rursus in terram reduces me.

**Psal. 38.** Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Auferes spiritum eorum & deficient: & in puluerem suum conuertentur.

**Ecl. 3.** Omnia de terra facta sunt, & omnia in terram reuertentur.

Deus